



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 109. Scriptores Religione Catholici hoc anno denati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

Sæc. XVII.  
A. C. 1639.

§. CIX.

*Scriptores Religione Catholici hoc anno denati.*

Dupin Nouv. *Paucos ex celebrioribus Catholicis Scriptoribus* hoc anno vita fundit  
*Bibl. des Aut. Eccles.* adducere lubet, quos inter primo loco  
*Abrege pag. 134.* occurrit Joannes Wiggerus Lovaniensis  
*chron. Hist.* Theologæ Doctor, qui quamvis æque  
*Eccl. tom. 3.* ac Jansenius Jacobi Jansonii Magisterio  
*Miræ.* & familiaritate usus esset, Baii tamen,  
*Script. Saccul. XVII.* ejusque dogmatum labes inde in discipulum minime derivata fuit: reliquit enim commentaria in universam D. Thomæ summam, in quibus nil nisi Orthodoxum, summe elaboratum, solidisque principiis innixum reperitur. II. Ferdinandus Santiago Fratrum de Mercede Generalis, qui considerationes in Evangelia, tractatum de contritione, & apologiam pro usu æreæ Monetæ in Hispania edidit. III. Philippus Caroli, qui ejurata Lutheri secta ad fidem Catholicam reversus, scripsit varias lectiones, Antiquitates Ecclesiasticas, & alia nonnulla opuscula. IV. Berlingarius Vigintimillius typis vulgavit Paraphrasin in Psalterium Davidis, in epistles ad Romanos, Corinthios, & ad Timotheum præter plura alia. V. Laurentius de Ponte ex Ord. FF. Minorum edidit

edidit commentaria in Matthæum, & Sæc. XVII.  
librum Sapientiæ. VI. Paulus Vite- A.C. 1639.  
leucus Ord. Capuccinorum scripsit Chro-  
nicon Ordinis sui. VII. Jacobus Bi-  
dermanus Jesuita, qui præter varia  
poemata publici juris fecit prolusio-  
nes, quibus Romani Pontificis digni-  
tas contra hæresin propugnat: scripsit  
etiam libros tres pro miraculis & varia  
opuscula Theologica decem libris com-  
prehensa. VIII. Octavius de Tufo iti-  
dem Jesuita posteris reliquit commen-  
taria in Ecclesiasticum. IX. Nicolaus  
Riccardius ex Ord. FF. Præd. ex cuius  
calamo profluxerat Historia Concilii  
Tridentini a calumniis vindicata, com-  
mentaria in omnes S. Scripturæ libros,  
disputationes in D. Thomam, tractatus  
de optimo genere interpretandi S. Scri-  
pturas, de gratia Christi, & conceptio-  
ne B. V. præter plura alia sat erudita  
opuscula. X. Thomas Campanella ex  
eodem Ordine suo ævo doctissimus, fa-  
torum tamen acerbitate summopere mi-  
ferandus, edidit plusquam centum qua-  
draginta varii argumenti opuscula,  
quæ sigillatim Jacobus Gaffarellus, &  
Jacobus Echard in sua Bibliotheca re-  
censent.

*Nic. Erythr.*  
*Pinac. I.*  
*p. 41. & 42.*

### §. CX.